

## Band X., Nr. 4893, Seite 522-524

*Hermann von Emerkingen Kirchrektor in Zell verkauft dem Propst Heinrich und Konvent von Marchtal alle Einkünfte seiner Kirche in (Unter-)Wachingen auf die Dauer von zehn Jahren.*

Munderkingen, 1296. August 23.

Omnibus Christi fidelibus presentia visuris seu audituris Hermannus de Anemerkingen rector ecclesie in Cella<sup>a</sup> notitiam rei geste. Cum corruptionis et mutabilitatis materia de prothoparentis vitio edita inficiat memoriam labilem posterorum, eapropter ne gesta hominum honesta oblivionem perpetuam sortiantur, tractatus et acta mortalium representat et resuscitat perhennis vivacitas litterarum. Noverint igitur universi huius instrumenti seriem visuri seu audituri, quod ego diligenti deliberatione prehabita omnes proventus et obventiones ecclesie mee in Wachingen cum fructibus et iuribus quibuscumque tam in decimis maioribus quam minoribus cum dote ipsius ecclesie per decem annos continuos iusto et legitimo venditionis titulo vendidi et adhibitis sollempnitatibus, que in huiusmodi venditionibus fieri consueverunt, vendidisse me profiteor viris religiosis Heinrico preposito suisque successoribus et conventui monasterii Marthellensis ordinis Premonstratensis Constantiensis dyocesis pro centum libris Hallensium, quam pecuniam recepisse et in usus meos expendisse me confiteor per presentes tali pacto adhibito, ut et decima quedam ipsius parrochie, quam ego hucusque pacifice possedi, quam etiam frater meus Rūdolfus suam esse asserit, prefato monasterio interim deserviat, ita ut tam monasterium memoratum quam etiam frater meus Rudolfus predictus medio tempore si voluerint invicem in choro Constantiensi convenient tractaturi, quid iuris queque pars in decima prenominata habere videatur, tali adhibita cautela, ita videlicet ut si libra equitatis discutiente fratri meo R[udolfo] prenominato per sententiam iudicum decima predicta fuerit attributa, nichilominus tamen monasterium memoratum per decem annos cum aliis obventionibus prefate parrochie in Wachingen usufructus et redditus prenominate decime recipiet et in usus suos transferet et expendet. Decem vero annorum spatio elapso . . . prepositus et conventus sepedicti monasterii decem libras Hallensium michi persolvere tenentur annuatim in festo beati Michahelis et nichilominus redditus et fructus universos sepedicte ecclesie in Wachingen recipient sine omni contradictione, quamdiu ego predicte ecclesie

---

<sup>a</sup>In der ersten Zeile sind die großen Anfangs- und die über die Zeile ragenden Buchstaben verziert.

## II

rector fuero et superstes exstitero in hac vita. Ad maiorem etiam cautelam et litis materiam tollendam statutum fuit et firmatum, ut monasterium memoratum domino dyocesano omnia iura sibi de dicta ecclesia debita persolvat annuatim, si vero domino pape medio tempore decima danda fuerit, de decem libris me annuatim de dicta ecclesia contingentibus ad persolvendam decimam solummodo me astringo, presertim cum et illud nostro tractatui et venditioni appositum fuerit et adiectum sit evidenter, quod monasterii antedicti prepositus et conventus ipsam ecclesiam in divinis per suos confratres unum vel plures tenentur interim pro suo beneplacito procurare, maxime cum etiam domini dyocesani super huiusmodi procuracione consensus per litteras suas expressus assit per omnia et voluntas. In quorum testimonium et robur firmitatis sepedictis . . . preposito et successoribus eius, conventui et monasterio Marthellensi tradidi et tradidisse me profiteor presentes litteras non solum meo verum etiam Waltheri et Rūdolfi fratrum meorum necnon nobilis viri Alberti de Stuzzelingen, honorabilium etiam in Christo virorum Rudolphi decani de Utinwiler et universitatis civium in Mundrichingen sigillorum munimine roboratas. Nos Waltherus et Rudolfus fratres de Anemerkingen, R[udolfus] decanus de Utinwilere, Albertus de Stuzzelingen, Anshelmus minister ac universitas consulum in Mundrichingen ad instantiam Hermanni de Anemerkingen rectoris ecclesie de Cella presenti kartule nostra sigilla ob stabilitatis evidentiam duximus apponenda. Actum et datum in Mundrichingen, anno domini MCC nonagesimo VI., decimo kalendas Septembris, indictione X. Testes, qui interfuerunt, sunt hii: Egelolfus de Stusselingen, R[udolfus] de Anemerkingen, Anshelmus minister de Mundrichingen, C. dictus Verrar, H. plebanus, Cūnradus dictus Trollo, Ūlricus dictus Sateler, Arnoldus de Hagingen, H. rector puerorum in Mundrichingen et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Fünf Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs. 1) und 2) Hermanns und Walters von Emerkingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 4205 (WUB, Bd. X, S. 8). 3) Das schildförmige Siegel Rudolfs von Emerkingen, 40, 35 mm: Mauerhaken; Umschrift: . . S . RVDOLFI . DE . EMERKING . . . 4) Siegel fehlt. 5) Ein spitzovales Siegel, 53, 28 mm: Ein Kelch, in dem ein liegendes Kreuz, und auf den eine Taube herabschwebt, rechts vom Kelchfuß ein zunehmender Mond, links ein sechsstrahliger Stern, unter beiden sowie unter dem Kelchfuß je ein Kreuz; Umschrift: . . . RVDOLFI . DECANI . IN . VTENWILE . . . 6) Das stark beschädigte Siegel der Stadt Munderkingen mit aufgerichtetem links gewendetem gekröntem Löwen, hinter dem ein Stern.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

**Signatur/Titel des Originals:**

KU Marchtal Nr. 52

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Beglaubigte Abschrift auf Papier [1736]: HStA Stuttgart B 475 Bü 56.

**Regesten:**

Urkunden Obermarchtal, S. 81, Nr. 113.

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Ausfertigung

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Munderkingen

**Ortsindex:**

Altsteußlingen Wohnplatz (16761)

Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL

Emerkingen Wohnplatz (16806)

Emerkingen, UL

Hayingen Wohnplatz (15868)

Hayingen, RT

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Munderkingen Wohnplatz (16884)

IV

Munderkingen, UL

Obermarchtal Wohnplatz (16905)

Obermarchtal, UL

Unterwachingen Wohnplatz (16969)

Unterwachingen, UL

Uttenweiler Wohnplatz (17733)

Uttenweiler, BC

Zell Wohnplatz (17489)

Zell, Riedlingen, BC